I lle fatigate uincendo monstra nouerce 217
Q ui meruit celum. quod prior esse tulit.
I nter ioniacas chalas tenuisse puellas.
C reditur & lanas excoluisse rudes.
P aruit imperio domine tirynthius heros.
I nunc & dubita ferre quod ille tulit.
I ussus ad esse foro iussa maturius hora.
F ac semper uenias. nec nisi serus abi.
O ccurras aliquo tibi dixit. omnia differ.
C urre nec inceptum. turba moretur iter.
N octe domum repetens. epulis pfuncta redibit.
T unc quoq; pro seruo si uocat illa ueni.
R ure erit & dicet uenias. amor odit inertes.
S i rota diffuit. tu pede carpe uiam.
N ec graue te tpe sitiens ue umbracula tardet.
N ec uia per longas candida facta niues.
M ilitie spes amor est. discedite segnes.
N on sunt hec timidis signa ferenda uiris.
N ox et hyems longeq; uie seuiq; dolores.
M ollibus his castris. & labor omnis inest.
S epe feres imbrem celesti nube solutum.
F rigidus & nuda sepe iacebis humo.
C ynthius admeti uaccas pauisse per herbas.
F ertur & in parua delicuisse casa.
Q uod phebum decuit. que non decet? exue fastus.
C uram mansuri. quisquis amoris habes.
S i tibi per tutum placidumq; negabitur ire.
A tq; erit opposita. ianua fulta sera.
A t tu per preceps. tecto delabere aperto.
D et quoq; furtiuas alta fenestra uias.
L eta erit & tantum sentiat esse pericli.
H oc domine certi pignus amoris erit.

Sepe tua

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1668/0148
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG